

dituidēs stulticiā i duas partes. Ad secūdū dicēdū q̄ verbū illud apti nō ē stelligenduz causalit̄ s̄ essētialis: qz. s. ipsa sapia mudi est stulticia apud deū. vnde nō oportet q̄ q̄cūq̄ pertinēt ad sapiam mundi sint cā hui⁹ stul tie. Ad tertū dicēdū q̄ ira ut s̄ dictū ē ex sua acuitate maxie imutat corporis nām vnde maxime causat stulticiā q̄ puenit ex i pedimēto corpali. s̄ stulticia q̄ pronenit ex ipedimēto spūali. s. ex imersiōe mētis ad frēna maxie puenit ex luxuria ut dictū ē.

Onsequen ter post virtutes theolo gicas. p̄ siderādū ē circa v̄tutes cardinales. t̄ p̄ de prudētia scdm se. 2° de p̄rib⁹ ei⁹. 3° de dono ei corriđēte. 4° de vi tuis oppositis. 5° de p̄ceptis ad b̄ p̄tinētib⁹ Circa primū querūt sedecī. p̄ v̄tz pruden tia sit i volūtate uel i rōne. 2° si ē i rōne vtrū i practica tñi uel ē i speculatiua. 3° vtrū sit cognoscitiua singulariū. 4° vtrū sit v̄t⁹. 5° vtrū sit virtus spālis. 6° v̄tz p̄stituat finein ūtutib⁹ moralib⁹. 7° v̄tz cōstituat mediuz in eis. 8° v̄tz p̄cipe sit p̄p̄r⁹ actus eius. 9° v̄tz sollicitudo uel vigilātia p̄tieat ad prudētia. 10° v̄tz prudētia se extendat ad regi mē multitudiñ. 11° v̄tz prudētia q̄ ē respectu boni prop̄ sit eadem specie cū ea que se ex tendit ad bonū cōe. 12° v̄tz prudētia sit i s̄b ditis an soli i principib⁹. 13° v̄tz iuueniāt i malis. 14° v̄tz iuueniāt i oib⁹ bonis. 15° v̄tz iuueniāt nob̄ a nā. 16° v̄tz pdaf p̄bliuīdez.

Ad primū sic procedit. Vides q̄ prudētia nō sit in vi coḡscitiua s̄ i vi appetitiua. Dic̄. n. Greg⁹ i il⁹ de morib⁹ ecclie. Prudētia ē amor ea q̄b⁹ adiu uaf ab eis q̄b⁹ ipedi⁹ sagaci⁹ eligēs. s̄ amor nō ē i vi coḡscitiua s̄ i appetitiua. ḡ pruden tia ē i vi appetitiua. P. Sic ex p̄dicta diffi nitide apparet. ad prudētia p̄tinet eligē sagaciter. s̄ electio ē actus appetitiue v̄tutis ut s̄ habitū ē. ḡ prudētia nō ē i vi coḡscitiua s̄ i vi appetitiua. P. P̄bs dic̄ i 6° ethicou. q̄ i arte quidē volēs peccās eligibilior⁹ est. circa prudētia aut̄ min⁹ quēadmodū t̄ circa v̄tu tes sed virtutes morales de q̄bus ibi loquīt̄ sūt i parte appetitiua: ars at i rōne. ḡ pruden tia magis ē i pte appetitiua q̄ i rōne. S̄

3 ē qd̄ Aug⁹ dic̄ i li⁹. 83. q. Prudētia ē cogni tio rerū appetenda t̄ fugiendarū. P̄ di cendū q̄ sicut Isido⁹ dic̄ i li⁹ ethimologiaz prudens dicit q̄si porro videns p̄spicaz enī ē t̄ certorū videt casus. visio at nō ē v̄tutis appetitiue s̄ cognoscitiue. vnde manifestuz ē q̄ prudētia directe pertinet ad v̄m coḡsci tiuā nō at ad v̄m sensitivā: qz p̄ eā cognoscimus solū ea q̄ p̄sto sunt t̄ sensib⁹ offerūt. cognoscere at futurū ex p̄sentib⁹ uel preteri tis qd̄ p̄tinet ad prudētia p̄prie rōnis ē. qz b̄ per quādā collatōnē agit. vnde relinḡt q̄ prudētia p̄prie sit in rōne. Ad primū ḡ di cendū q̄ sicut s̄ dictū ē. voluntas mouet oēs potētias ad suos act⁹. prim⁹ at actus appetitiue v̄tutis ē amor: ut s̄ dictū ē. sic ḡ prudētia dicit eē amor: ut nō qd̄ essentialit̄ s̄ i q̄tū amor mouet ad actū prudentie. vii t̄ postea subdit Aug⁹ q̄ prudētia ē amor bene disser tens ea q̄bus adiuuēt ad tendēdū i deū ab his q̄bus ipediri p̄t. oīcīt at amor discernē i q̄tū mouet rōem ad discernendū. Ad s̄z dō q̄ prudens considerat ea que sunt p̄cul i q̄tū ordinans ad adiuuandū uel ipediēdū ea q̄ sūt p̄ficiātī agenda. vnde p̄z q̄ ea q̄ s̄i derat prudētia ordināt ad alia sicut ad finē eoꝝ at q̄ sūt ad finē ē cōsiliū i rōne t̄ electō i appetitu. q̄rū duorū cōsiliū magis p̄prie pri net ad prudētiā. dic̄. n. ph̄s i 6° ethicou. q̄ prudētia ē bñ cōsiliati⁹. s̄z q̄ electio p̄supponit. cōsiliū. ē. n. appetit⁹ p̄cōsiliati ut dr i 3° ethicou. iō ēt el. ḡ p̄t attribui prudētiae cō sequēter. i q̄tū. f. electionē p̄ cōsiliū dirigit. Ad tertū dō q̄ laus prudētiae non s̄istit in sola consideratiōe sed in applicatione ad opus qd̄ ē finis practice rōnis. t̄ iō si i b̄ de fectus accidat marie ē contrariū prudētiae: q̄ sicut finis ē porissim⁹ i uno q̄bz. ita t̄ d̄fec t̄ q̄ ē circa finē ē pessim⁹. vñ ibidē ph̄s s̄bdit q̄ prudētia nō ē solū cū rōne sicut ars. bz. n. ut dictū ē applicationē ad opus quod sit p̄ voluntatē.

Ad secundū sic procedit. Vides q̄ prudētia nō solū p̄tineat ad rōnē practicā s̄ etiā ad speculatiuā. Dic̄. n. p̄ ver. x. Sapia ē viro prudētia. s̄ sapia p̄cīpali⁹ cōsistit i cōtēplatō. ḡ t̄ prudētia. P. Amb⁹ dic̄ i p̄ de officiis. prudētia in veri iue stgatōe v̄sat. t̄ scie plenioris ifudit cupidita tē. s̄ b̄ pertinet ad rationē speculatiuam. ḡ

Q

prudētia cōsistit etiā i rōe specūlativa. In eadē parte aīe ponit a pho ars & prudētia: ut p̄z i 6° ethicoꝝ. s̄ ars nō solū iueniē practica. s̄ eriā speculativa: ut p̄z i artibꝝ liberalibus. ḡ ēt & prudētia iueniē practica & speculativa. H̄z h̄ ē qd̄ phs dicit i 6° ethicoruꝝ. q̄ prudētia ē recta rō agibiliū. s̄ h̄ non p̄tinet nisi ad rōne practicā. ḡ prudētia nō ē nisi in rōne practica. R̄o dō q̄ sicut phs dicit i 6° ethicoruꝝ. Prudētis ē bñ posse consiliari. cōsiliū at est de his que sunt per nos agēda in' ordine ad finē aliquē. rō aut̄ eorum q̄ sūt agenda propter finē ē rō practica. vii manifestū ē q̄ prudētia nō cōsistit i rōne practica. Ad primū ḡ dō q̄ sicut s̄ dictum est. sapientia considerat cām altissimā simpliciter vnde cōsideratio cāe altissime in qlibet genere pertinet ad sapiam in illo genere. in genere at hūanorū actuū cā altissima est finis cōis toti vite hūane. t̄ hūc finez intēdit prudētia. Dic. n. phs in 6° ethicoꝝ. q̄ sicut ille ḡ rōcinat bene ad aliquē finē particularē puta ad victoriā d̄r eē prudens nō simpliciter. s̄ i b̄ genere. s. i reb̄ bellicis. ita ille q̄ bene rōcinat ad totū bene viue dicis prudens simplicit. vnde manifestū ē q̄ prudētia ē sapientia i reb̄ hūanis: nō aut̄ sapia simplicita q̄ nō ē circa cām altissimā simpliciter. est n. circa bonū hūanū. hō at non est optimū eoz q̄ sūt. t̄ iō signanter d̄r q̄ prudētia ē sapientia viro: nō at sapientia simplicit. Ad secūdū dō q̄ Amb̄ & eriā Tulli⁹ nom̄ prudētiae largi⁹ sumūt pro qualibꝝ cognitione hūana tam speculativa & practica: q̄uis dici possit q̄ ipse act⁹ speculatiue rōnis fin q̄ ē voluntar⁹ cadi sub electione & filio q̄tuꝝ ad suū exercitiū. t̄ per q̄ns cadi sub ordinatiōne prudētiae. s̄ q̄tuꝝ ad suā spēm. put q̄patitur ad obm̄ qd̄ ē ver n̄ccium nō cadi sub consilio nec s̄b prudētia. Ad tertū dō q̄ om̄s appellatio rōnis recte ad aliqd facibile p̄tinet ad arte. s̄ ad prudētia non p̄tinet nisi applicatio rōnis recte & ad ea de qb⁹ ē ɔfiliū. & huiusmōi sūt i qb⁹ nō sūt vie definiāte per ueniēdi ad finē: ut d̄r i 3° ethicoruꝝ: qz ḡ ratō speculativa qd̄a facit: puta syllogismū. p̄positionē & alia huiusmodi i qb⁹. p̄cedis fin certas & viciātias vias. ide ē q̄ respectu horū p̄t saluari rō artis: nō at rō prudētiae. t̄ iō i uenīt aliquē speculativa ars. non aut̄ aliquē prudētia.

Ad tertiuꝝ sic proce

dī. Videſ q̄ prudētia non sit cognoscitua singulariū. Prudētia. n. ē i rōe: ut dictū est. s̄ rō ē v̄lūm: ut dicit̄ i p̄ physicoꝝ. ḡ prudētia nō est cognoscitua nisi v̄lūm. P̄. Singularia sūt iunita. s̄ iunita nō p̄t coprehēdi a rōne. ḡ prudētia q̄ ē rō recta non est singulariū. P̄. Particularia p̄ sensū cognoscitur. s̄ prudētia nō ē in sensu. multi. n. habentes sensus extiores p̄spicaces nō sūt prudētes. ḡ prudētia nō ē singulariū. H̄z h̄ ē qd̄ phs dicit i 6° ethicoꝝ q̄ prudētia nō ē v̄lūm solū. s̄ oportet etiā singularia cognoscere. R̄o dō q̄ sicut s̄ dictū est: ad prudētiā p̄tinet nō solū consideratio rōnis: s̄ etiā applicatio ad op⁹ qd̄ ē finis practice ratōis. nullus aut̄ p̄t cōueniēter alteri aliqd applicare: nisi v̄trūq; cognoscat. s. & id qd̄ applicādū ē. & id cui applicādū est. opatōes aut̄ sunt i singularibꝝ: & iō necesse ē q̄ prudens & cogscat v̄lia principia rōnis & cogscat singulāria circa q̄ sūt operationes. Ad primū ḡ dicēdum q̄ rō qd̄ & principaliter ē v̄lūm. p̄t enī v̄les rōnes ad particularia applicare. vii syllogismoruꝝ & clisiōes nō solū sūt v̄les: s̄ etiā p̄ticulares: q̄ intellectus p̄ quādā reflexio nē se ad mām extendit: ut d̄r i 3° de aia. Ad secūdū dicendū q̄ qz iunitas singulariū nō p̄t rōne hūana coprehendi. ide ē q̄ sūt i cōtre p̄uidētiae n̄re: ut d̄r. H̄ap. 9° cū p̄ exp̄ictiā singularia iunita reducunt̄ ad aliq̄ sūta q̄ ut i pluribꝝ accidunt̄. q̄ruꝝ cognitio suffic ad prudētiā hūanā. Ad t̄iū dō q̄ siē phs dicit i 6° ethicoꝝ. prudentia non cōsistit i sensu exteriori q̄ cognoscim⁹ sensibilia ppia. s̄ i ē su iterioř q̄ p̄fici p̄ memorā & p̄ exp̄imētū ad prompte iudicandū de particularibꝝ exp̄tis. nō tñ ita q̄ prudētia sit in sensu incoiuꝝ cut in subiecto principali. s̄ principali qd̄ ē in rōne. p̄ quādā at applicationez p̄tingit ad huiusmōi sensu.

Ad quartum sic proce

ceditur. Videſ q̄ prudētia nō sit virt̄. Dicit n. Aug⁹ i p̄ de li. arbit. q̄ prudētia ē appetendarū & vitandarū rep̄ scia. s̄ scia ē h̄cūtē dividit: ut p̄z i predicamentis. ḡ prudētia n̄ ē virt̄. P̄. Virtutis nō ē virtus: s̄ artis ē virtus: ut phs dicit i 6° ethicoꝝ. ḡ ars nō ē vt̄. s̄ i arte ē prudētia: d̄r. n. 2° galipo. 2° de Hy-

ram q̄ sciebat facere oēm sculpturam t ad iuuenire prudēter qdūq̄ in opere necessari uenerat. ḡ prudētia nō est v̄tus. **P.** Nulla v̄tus p̄t ee i moderata. s̄z prudētia ē īmoderata: alioq̄ frustra dicerē i p̄v. 23 ca. Prudentie tue pone modū. ḡ prudētia n̄ ē virt²

Sed h̄ ē q̄ Grego: i² in 2^o moral. prudentiam tēperantia fortitudinē t iusticiaz dicit ee quatuor virtutes. **R** dicenduz q̄ sic s̄ dictū ē cū de virtutib² in cōi agere: virt² ē q̄ bonū facit habentē t op² ei² bonū reddit. bonū aut̄ p̄t dici duplicit. vno mō materialit p̄ co qd̄ bonū. alio mō formalit fm ratio nē boni. bonū āt iq̄zū huiusmōi ē obz appertiuue virtutis. t iō siq̄ habit² sūt q̄ faciūt rec tam consideratōem rōne nō habitō respectu ad rectitudinē appetit². min² b̄it de rōe vir tutis tanq̄ ordinante ad bonū materialit. i. ad id qd̄ ē bonū nō sub rōne boni. plus aut̄ ba bent de rōne virtutis habit² illi q̄ respiciunt rectitudinē appetitus: qz respiciunt bonū nō solū mālit: s̄z etiā formalit. i. aliqd qd̄ ē bonū: qz respiciunt bonū sub rōne boni. Ad prudētia aut̄ ptinet: sic dictū ē applicatio recte rōni ad op² qd̄ nō fit sine appetitu recto t iō prudētia nō solū h̄z rōne virtutis quam b̄it alie virtutes itellectuales. s̄z etiā h̄z ratōne virtutis quam b̄it alie virtutes morales qbus ē cōnumeratur. **A**d primū ḡ dō q̄ Aug' ibi large accipit sciam. p̄ qlibz recta ratione. **A**d secūdū dō q̄ phs dīc artis esse virtutē: qz nō iportat rectitudinē appetit². t iō ad h̄z q̄ h̄o recte v̄ta arte requiri. q̄ beat virtutē q̄ faciat rectitudine appetitus. prudētia aut̄ nō h̄z locū i h̄z q̄ sūt artis: tū ga ars ordinat ad aliquē pticularē finez: tū qz ars h̄z determinata media p̄ q̄ puenif ad finē. Dī tñ aliq̄s prudēter opari i his q̄ sūt artis p̄silitudinē quādā in qbusdaz āt artib² p̄pter incertitudinē eoz qb² puenif ad finem necessariū ē s̄filū: sicut i medicinali t in ua uigatoria: ut dī i 2^o ethicoz. **A**d tñ dicē du q̄ illud dictū sapientis nō ē sic intelligendū q̄ ipsa prudētia sit moderanda: sed quia fm prudētia ē aliq̄s modus iponend².

Ad quintū sic proce

ditur. Quidetur q̄ prudētia nō sit spālis virt²

Nulla. n. spālis virtus ponit i cōi diffinitōe virtutis. s̄z prudētia ponit i cōi diffinitōe v̄tutis: qz i 2^o ethicoz diffinit̄ virt² habit² elec-

tiu² īmediate exīs determinata rōne quo ad nos put sapiēs determinabit. recta āt rō itel gitur fm prudētia: ut dī i 6^o ethicoz: ū: ḡ prudētia nō ē spālis virtus. **P.** Phs dīc i 6^o ethicoz. q̄ virtus moral recte facit opari sūtē. prudētia aut̄ ea q̄ sūt ad finē. s̄z i qlibz virtute sunt aliq̄ opanda pp̄e finē. ḡ prudētia est in qlibet virtute. nō ē ḡ v̄tus spālis. **P.** Spālis v̄tus h̄z spāle obm. s̄z prudētia n̄ h̄z spāle obz. est. n. recta rō agibiliū: ut dī in 6^o ethicoz. agibiliū āt sūt oīa opa v̄tutū. ḡ prudētia nō ē spālis virt². **H**z h̄ ē q̄ īdiuitur t commūneras aliy v̄tutib²: dī. n. **S**ap. 8^o Sobrietatē t prudētia docet iusticiā t virtutē. **R** dicendū q̄ cū act² t habit² recipiat spēz ex obiectis: ut ex s̄ dictis pz. necesse ē q̄ habitus cui r̄ndet spāle obm ab aliy distinctū spālis sit b̄itus. t si ē bonū ē spālis v̄tus. spāle āt obm dīcū nō solū fm materia lē cōsiderationē ipū²: s̄z magis fm rōne for malē: ut ex s̄ dictis pz. nā vna t eadē res cadit sub actu diuersoz habituū. t etiā diuersarū potentiarū fm rōnes diuersas. maior aut̄ diuersitas obiecti regrif ad diuersitatē potentiē q̄ ad diuersitatē b̄itus: cū plures b̄it iuueniant in una potētia ut s̄ dictū ē. diuersitas ḡ rōni obi q̄ diuersificat potētia. multo magis diuersificat b̄itus. **H**ic ḡ dicendū ē q̄ cū prudētia sit i rōne ut dictū ē. diuersificat qd̄ ab aliy v̄tutib² itellectualib² s̄z materialē diuersitatē obiorū. nā sapia scia t itel lectus sūt circa necessaria. ars āt t prudētia circa cōtingentia. s̄z ars circa facibilis: q. s. in exteriori matia constituūt: sicut dom' cul tellus t huiusmōi. prudētia āt est circa agibilita: q. s. in ipso opante consistunt ut s̄ habittū ē. s̄z a v̄tutib² moralib² distinguit prudētia fm formalez rōem potentiaz distinctiaz. s. itellectuali i q̄ est prudētia: t appetitiui i q̄ ē v̄t² moral. vñ manifestū est prudētia ē s̄pālez v̄tutez ab oib² aliy v̄tutib² distinctaz. **A**d primum ḡ dō q̄ illa diffinitio nō dat dō v̄tute i cōi. s̄z dō v̄tute morali i cui² diffinitio eueniēter pōit virt² itellectual cōicās i matia cū ipsa. s. prudētia. q̄a sicut v̄tutis moralis subiectu ē aliqd pticipās rōne: ita v̄tutis moralis h̄z rōne v̄tutis iōtūz partcipat v̄tutē itellectualez. **A**d secūdū dō q̄ ex illa rōne habetur q̄ prudētia adiuet oēs v̄tutes. t i oib² opet. s̄z h̄ nō sufficit ad oīdendū q̄ non sit v̄tutis spālis: quia nihil

phibet in aliquo genere esse aliquam spem quod alioque liter operet in oibus speciebus eiusdem generis: sicut sol aliqualis istud in oia corpora. Ad tertium dicitur quod agibilia sunt quidem maxima prudentia secundum quod sunt obiectum rationis. scilicet sub ratione veri. sunt autem materia moralium virtutum secundum quod sunt obiectum virtutis appetitivae. scilicet sub ratione boni.

Ad sextum sic proce

dit. Videatur quod prudentia constituit finem virtutibus moralibus. Cum non prudentia sit in ratione. virtus autem moralis in via appetitiva. videatur quod hoc modo habeat prudentia ad virtutem moralē sicut ratio ad viam appetitivam. sed ratione constituit finem potest appetitivam. quod prudentia constituit finem virtutibus moralibus. P. Non excedit res irrationalis ratione: sed secundum aliam cum eis concordat. sicut quod se habent aliae partes hominis ad rationem sicut se habent ad creaturas irrationalia. sed homo est finis creaturarum irrationalium: ut deinde in 2^o politico. quod omnes aliae partes hominis ordinantur ad rationem sicut ad finem. sed prudentia est recta ratio agibiliū ut dictum est. quod oia agibilia ordinantur ad prudentiam sicut ad finem. ipsa quod constituit finem omnibus virtutibus moralibus. P. Proprius est virtutis uel artis seu potentie ad quam pertinet finis ut principiat aliis virtutibus seu artibus ad quod pertinet ea quod sunt ad finem. sed prudentia disponit de aliis virtutibus moralibus et principiat eis. quod constituit eis finem. Sed est quod probatur in 6^o ethico. quod virtus moralis intentione finis facit rectam. prudentia autem quod ad hanc. quod ad prudentiam non pertinet constitutuere finem virtutibus moralibus. sed soluē disponere de his quod sunt ad finem. P. Dicendum quod finis virtutum moralium est bonum humanum. bonum autem humane alicuius est secundum rationem esse: ut per primum dyo. 4^o causa de divinitate. non unde necesse est quod finis moralium virtutum existant in ratione. Hic autem in ratione speculativa sunt quodammodo ut nāliter nota quod est intellectus. et quodammodo quod illa innotescit. scilicet conclusioes quod est scita ita in ratione practica persistunt quodammodo ut sunt principia nāliter nota. et huiusmodi sunt fines virtutum moralium: quod finis se habet in operabilibus secundum principia in speculativa: ut secundum habitum est. et quedam sunt in ratione practica ut conclusiones. et huiusmodi sunt ea quod sunt ad finem in que puenimus ex ipsis finibus. et horum est prudentia applicans via principia ad particulares conclusiones operabilium et iō ad prudentiam non pertinet constitutuere finem virtutibus moralibus. sed soluē disponere de his quod sunt ad finem. Ad primū quod dicendum quod virtutibus

moralibus constituit finem ratione nāliter quod dicitur syndesis: ut in proportionē ratione non est prudentia ratione dicta. et per hanc ratione ad secundum. Ad tertium dicendum quod finis non pertinet ad virtutes morales tantum ipse constituant finem. sed quod tenet in finem ratione nāliter constitutuere ad quem inuenitur in prudentiam quod eis via parat disponendo ea quod sunt ad finem. unde reliqve quod prudentia sit nobilitas virtutibus moralibus et moueat eas. sed syndesis mouet prudentiam sicut intellectus principiorum sciens.

Ad septimum sic proce

cedit. Videatur quod ad prudentiam non pertinet inuenire medium in virtutibus moralibus. Consequitur non. medium est finis moralium virtutum sed prudentia non constituit finem moralibus ut ostenditur est. quod non inuenitur in eis medium. P. Illud quod est per se non virtus carnalis. sed ipsius esse est sui ipsius causa: quod vnuquibus dicitur esse per carnem suam. sed existere in medio conuenit virtuti morali per se quod possumus in eius definitione: ut ex dictis per primum non est quod prudentia causat medium in virtutibus moralibus. P. Prudentia comparatur secundum rationem modum rationis. sed virtus moralis tendit ad medium per modum naturae: quod Tullius dicit in 2^o rhetorice. ut est habere per modum naturae ratione sentaneam. quod prudentia non constituit medium in virtutibus moralibus. P. Est quod in se posita definitione virtutis moralis dicitur quod est immediate existens determinata ratione per sapientiam determinabit. P. Dicendum quod per ipsum quod est formari ratione recte est finis proprius cuiuslibet virtutis moralis. temperantia non. sed recte ne per se concupiscencias habet diuerterat a ratione. et fortitudo ne a recto iudicio rationis diuerterat per timorem uel audaciam. et hanc finem constituit est homo secundum rationem nāliter ratione. nō dicitur vincitur ut secundum rationem operatur. sed quod est per se quod habet in operando attingat medium rationis pertinet ad ratione prudentie. licet non attingere medium sit finis virtutis moralis. non per rectam dispositio ne eorum quod sunt ad finem medium inuenitur. Et per hanc ratione ad primū. Ad secundum dicendum quod sic agens naturae facit ut forma sit in materia: non tamen facit ut forme conueniat ea que per se ei sunt. ita etiam prudentia medium constitut in passionib; et operationib;. non tamen facit quod medium querere conueniat virtuti. Ad tertium dicendum quod virtus moralis per modum naturae intendit puenire ad medium. sed quod medium secundum rationem non eodem modo inuenitur in omnibus. id est inclinatio nature que

sp eodē mō opas ad h̄ nō sufficit. s̄z regritur
rō prudētiae.

Ad octauum sic proce

ceditur. Videf q̄ p̄cipe nō sit p̄ncipalis act⁹
prudentie. P̄: recipere n̄. p̄tinet ad bona q̄ sunt
fienda. S̄z Aug⁹ i⁹ de trini. ponit actū pru-
dētiae: p̄cauere insidias. ḡ p̄cipere nō ē p̄nci-
palis actus prudentie. ¶ P̄. Ph̄bus dīc i⁹ ethi-
corū q̄ prudētis ē bene cōsiliari. sed ali-
us actus v̄r ē cōsiliari t̄ precipere ut ex s̄ dic-
tis patet. ḡ prudentie p̄ncipalis actus nō ē
precipere. ¶ P̄. Precipere vel imperare vi-
detur p̄tinere ad inolūtātē cuius obm̄ ē finis
t̄ q̄ moueat alias potentias aie. s̄z prudentia
nō ē in voluntate s̄z rōne. ḡ prudentie act⁹
nō est precipere. S̄z h̄ ē q̄ ph̄bs dīc i⁹ ethi-
corū q̄ prudētia p̄ceptua ē. ¶ R̄ dō q̄ pri-
dētia ē recta. rō agibiliū: ut s̄ dictū est. vnde
oportet q̄ ille sit p̄cipi⁹ actus prudētiae q̄ ē p̄-
cipi⁹ act⁹ rōnis agibiliū. cui⁹ qdē sūt tres ac-
tus q̄rū p̄mū ē cōsiliari: qdē p̄tinet ad inten-
tionē. nā cōsiliari ē querere: ut s̄ habitū ē. 2⁹
act⁹ ē iudicare de iuentis. t̄ h̄ facit specu-
latiua rō. s̄z practica rō q̄ ordinat ad op⁹. p̄-
cedit v̄lteri. t̄ ē 3⁹ act⁹ eius precipere: q̄ qui
dē act⁹ cōsistit i applicatione cōsiliator̄ t̄ iudi-
catorū ad opandū. t̄ q̄ iste actus ē p̄p̄iq̄or
fini rōis practice: ide ē q̄ iste ē p̄ncipal act⁹
rōnis practice. t̄ p̄ cōsequēt prudētiae. t̄ hui⁹
signū ē q̄ p̄fectio artis cōsistit in iudicando.
nō āt in precipiendo. iō reputatur melior: ar-
tis ex q̄ volēs peccat i arte q̄si habēs rectū iu-
dicū q̄ q̄ peccat nolēs. qdē videf ēē ex dese-
ciū iudicij. s̄z prudētia ē ecōuerso ut dīc i⁹
ethicorū. ip̄rudētior. n. ē qui volēs peccat q̄si
desiciens i p̄ncipali actū prudētiae q̄ est p̄ci-
pe q̄ q̄ peccat nolēs. ¶ Ad p̄mū q̄ dō q̄ ac-
tus p̄cipendi se extēdit t̄ ad bona. p̄sequen-
da t̄ ad mala cauēda. t̄ m̄ p̄cauere insidias n̄
attribuit Aug⁹ prudētiae q̄si p̄ncipale actuz
ipsius. t̄ q̄ iste act⁹ prudētiae nō manet i p̄ria
¶ Ad secundū dō q̄ bonitas consilii regrit
ut ea q̄ sūt bñ iuenta applicent ad op⁹. t̄ idō
p̄cipere p̄tinet ad prudētiaz q̄ ē bñ cōsiliatina
¶ Ad tertii dō q̄ mouere absolute p̄tinet
ad voluntatē. sed p̄cipere ip̄portat motionez
cū quādā ordinatione: t̄ iō ē actus rōnis ut
s̄ dictū ē.

Ad nonum sic proce

ditur. Videf q̄ sollicitudo n̄ p̄tineat ad pru-
dētia. Sollicitudo. n. iquietudinē quādāz i
porat. dīc. n. Isidor⁹ in li⁹ ethimologiarū. q̄
sollicit⁹ dīc q̄ ē iquier⁹. s̄z motio maxie p̄tinet
ad vī appetitiā. ḡ t̄ sollicitudo. s̄z prudētia
nō ē i vi appetitiua s̄z i rōne ut s̄ habitū ē. ḡ
sollicitudo nō p̄tinet ad prudētia. ¶ P̄. Sol-
licitudini videf oppōi certitudo vītatis. vñ
dīc p̄ Regi⁹. 9. q̄ Samuel dixit ad Saul. De
asinis q̄s nudiūsterti⁹ p̄didisti ne sollicit⁹ sis
q̄ inuēte sunt. s̄z certitudo vītatis p̄tinet ad
prudētia cū sit vīrt⁹ i cōlectualis. ḡ sollicitu-
do opponi⁹ prudētiae magis q̄ ad eā p̄tineat
¶ P̄. Ph̄bs dīc i⁹ 4⁹ ethicorū. q̄ ad magnani-
mū p̄tinet pigrū ēē t̄ oculos. pigrītia āt op-
poni⁹ sollicitudo. cū ḡ prudētia nō oppōat
magnanimitati: q̄ bonū nō ē bono ūriū: ut
dīc in p̄dicātēs. ḡ videf q̄ sollicitudo non
p̄tineat ad prudētia. ¶ S̄z h̄ ē qdē dīc. i. Det.
4⁹. Estote prudētes t̄ vigilare i oratōib⁹. s̄z
vigilantia ē idē sollicitudini. ḡ sollicitudo p̄-
tinet ad prudētia. ¶ R̄ dō q̄ sicut dicit Isi-
dor⁹ in li⁹ ethimologiarū: sollicitus dicit q̄ so-
lers citus uel solers totus. īq̄stū. s. aligs ex q̄
dā solertia animi velox ē ad p̄sequēdū ea q̄
sunt agenda. h̄ āt p̄tinet ad prudētia cuius
precipi⁹ act⁹ ē circa agēda p̄cipe de consili-
atis t̄ indicatis. vnde ph̄bs dīc i⁹ 6⁹ ethicorū.
q̄ oportet qdē opari velocē cōsiliata. cōsilia-
ri autē tarde. t̄ inde ē q̄ sollicitudo p̄p̄rie ad
prudētia p̄tinet. t̄ ppter h̄ Aug⁹ dīc i li⁹ de
morib⁹ ecclēsie: q̄ prudētiae sūt excubie atq̄
diligentissima vigilātia: ne subrepente pau-
latim mala suasionē fallamur. ¶ Ad p̄mū
q̄ dō q̄ mot⁹ qdē p̄tinet ad vim appetitiua
sicut ad principiū mouēs: tu h̄m̄ p̄ceptū et
directionē rōnis l̄ q̄ cōsistit rō sollicitudinis
¶ Ad secundū dō q̄ h̄m̄ p̄hm̄ i p̄ ethicorum.
certitudo nō ē fili⁹ querenda i oib⁹: s̄z i vīna
q̄q̄s materia scdm̄ p̄p̄iu modū: q̄ vō mate-
rie p̄udentie sunt singulāria cōtingētia cir-
ca q̄ sūt opatiōes h̄uane non p̄t certitudo
prudētiae tanta ēē q̄ oīo sollicitudo tollat.
¶ Ad tertii dō q̄ magnanimus dīc ēē pi-
ger t̄ oculos: n̄ q̄ de nullo sit sollicitus: sed
q̄ nō ē sup̄flue sollicitus de multis. s̄z cōficit
i his de ḡbus cōfidētū ē. t̄ circa illa nō sup̄
flue sollicitā. sup̄fluitas. n. timoris t̄ diffide-
tiae facit sup̄fluitatē sollicitudis: quia timor
facit cōsiliari nos: ut s̄ dictū ē cuīz dō passiōe

timoris agere.

Ad decimum sic pro

cedit. Vide q. prudētia nō se extendat ad régimē multitudinis s̄z solū ad régimē sui ipsius. Dic. n. phs i 5° ethicoꝝ. q. virtus relata ad bonū cōe ē iusticia. sed prudētia differt a iusticia. ḡ prudētia nō refert ad bonū cōe.

P. Ille videt eē prudēs q̄ sibi ipsi bonum querit et opaf. s̄z frequēter illi q̄ querū bona cōia negligūt sua. ḡ non sūt prudētes. P.

Prudētia diuidit s̄z tēperantia et fortitudinē. s̄z tēpanitia et fortitudo videt dici solū p̄ cōparatiōem ad bonū p̄priū. ḡ et et prudētia

S. 5 ē qd̄ dñs dīc Math. 24°. Quis putat est fidelis seruus et prudēs quē dīstinet dñs sup familiā suā. R. dō q̄ sicut phus dīc i 6° ethicoꝝ. qd̄ posuerūt q̄ prudētia n̄ se extendit ad bonū cōe s̄z solū ad bonum p̄ priū. et b̄ iō qz existimabat q̄ n̄ oportet boī n̄ querere nisi bonū p̄priū. s̄z b̄ existimatio repugnat caritati q̄ n̄ querit q̄ sua sunt: ut dīc. i. Ad Corl. 13° vnde et ap̄ls de leipso dicit. i. ad Corl. x. Nō querēs qd̄ mibi vtile sit s̄z qd̄ multis ut salut h̄iat. Repugnat ēt rōne recte q̄ b̄ iudicat q̄ bonū cōe sit melius q̄ bonū uni. Quia ḡ ad prudētia pertinet recte cōsiliari iudicare et p̄cipere de his p̄ q̄ puenit ad debitu finē: māfestū ē q̄ prudētia n̄ solū se h̄et ad bonū p̄nuatū vnius bōis. sed ēt ad bonū cōe multitudinis.

Ad primum ḡ dō q̄ phs ibi loquit̄ de virtute morali. s̄c autē oīs v̄l̄ moralis relata ad bonū cōe dī legal iusticia. ita prudētia relata ad bonū cōe vocatur prudētia politica. nāz sic se b̄z politica ad iusticiā legalē: sicut se b̄z prudētia simpli cōt̄ dicta ad v̄l̄tē moralē. Ad secūdū dō q̄ ille q̄ querit bonū cōe multitudinis ex iūti ēt querit bonū suū prop̄ duo. p̄mo qd̄em q̄ bonū p̄priū nō p̄t eē sine bono cōi uel familie uel ciuitatis aut regni. vnde et max̄ius Vale ri⁹ dīc de atīgs romāis q̄ malebat eē paup̄ es in diuīti sp̄erio: q̄ diuītes i paupe ip̄o. 2° q̄a cū bō sit pars domus uel ciuitatis. oīz q̄ bō cōsideret qd̄ sit sibi bonū: ex b̄ q̄ ē prudēs circa bonū multitudinis. bona. n. dispositio p̄tis accip̄is fm̄ habitudinē ad totum: q̄a ut Ang⁹ dīc i lī° cōfes. turpis ē oīs ps suo toti n̄ couenīes uel nō cōgruens. Ad tertīū dicen dū q̄ ēt tēpanitia et fortitudo p̄nt referri ad bonū cōe. vñ de actib⁹ eaꝝ dānt p̄cepta legi

ut dīc i 5° ethicoꝝ. magis tñ prudētia et insti cia q̄ pertinet ad partē rōnalez ad quā direc te p̄tinēt cōia: sicut ad p̄tē sensitiā pertinet singularia.

Ad vndecimum sic

pcedit. Vide q̄ prudētia q̄ ē respectu bōi p̄p̄y sit eadem sp̄e cum ea q̄ se extendit ad bonū cōe. Dic. n. phs i 6° ethicoꝝ. q̄ politica et prudētia idē h̄itus ē: eē āt nō idē ipsiſ.

P. Phus dīc i 3° politiꝝ eadem ē v̄tus vi ri boni et boni principis. s̄z politica maxime ē in principe i q̄ est sicut architectōica. cum ḡ prudētia sit virtus boni viri videtur q̄ sit idē h̄itus prudētia et politica. P. Ea q̄rū vñ ordinat ad aliud nō diuersificant sp̄em aut subam h̄itus. s̄z bonū p̄priū q̄ p̄tinet ad prudētia simplicit̄ dicta: ordinat ad bonum cōe qd̄ p̄tinet ad politicā. ḡ politica et prudētia n̄ differunt sp̄e neq̄ fm̄ h̄itus substantiaz.

S. 5 ē q̄ diuersē scie sunt politica q̄ ordinat ad bonū cōe ciuitatis. et yconomica q̄ de his ē q̄ p̄tinēt ad bonū cōe domus uel familię et monastica que ē de eis q̄ p̄tinēt ad bonū vnius psone. ḡ pari rōne et prudētia s̄ sp̄es diuersē fm̄ h̄ac diuersitatē materie.

R. dicēdū q̄ sicut s̄ dictū ē. sp̄es habitu um diuersificat fm̄ diuersitatē obiecti q̄ at tendit̄ penes rōne formalez ipsi⁹. rō autē formalis oīum q̄ sūt ad finē: attendit̄ ex p̄finitis: sicut ex s̄ dictis p̄z. et iō necesse ē q̄ ex relatione ad diuersos fines diuersificant sp̄es h̄itus. diuersi āt fines sūt bonū p̄priū vñ⁹ et bonū familię. et bonū ciuitatis et regni. vñ necesse ē q̄ prudētia differat sp̄e b̄z differentiā horū finiū: ut. s̄. vna sit prudētia simplicit̄ dicta q̄ ordinat ad bonū p̄priū. alia āt ē yconomica q̄ ordinat ad bonū cōe do m⁹ uel familię. et tria politica q̄ ordinat ad bonū cōe ciuitatis l̄ regni. Ad p̄mū ḡ dō q̄ phs n̄ itēdit dīc q̄ politica sit idē b̄z subaz h̄itus cuilib⁹ prudētia s̄z prudētia q̄ ordinat ad bonū cōe. q̄ gdē prudētia dīcif fm̄ cōem rōne prudētia. put. s̄. ē quedā rō recta agibi liū. dīc āt politica fm̄ ordinat ad bonū cōe.

Ad secūdū dō q̄ sicut phs ibidez dīc ad bonū viri. p̄tinet posse bene p̄cipari et bene subiici. et iō in virtute boni viri cōcludit̄ etiā virtus p̄ncipis. s̄z virtus p̄ncipis et subidi differt sp̄e. s̄c ēt v̄tus viri et mulieris ut ibidez dīcif. Ad tertīū dicēdū q̄ etiā

diversi fines quorū unus ordinat, ad aliū diuersificat spēm habit. sicut eq̄stris et militaris et ciuilis differunt spē: si finis unius ordinat ad finē alteri. et filii licet bonū vniū ordinet ad bonū m̄ltitudinis: tū b̄ nō ipedit quā talis diversitas faciat huius differre spē: sed ex b̄ sequit q̄ sit q̄ ordinet ad finē ultimū sit principalior. et imperet aliis habitibus.

Ad duodecimum sic

pcdit. Vide q̄ prudētia nō sit i subditis s̄i solum i principib⁹. Dic. n. p̄hs in 3⁹ politi. q̄ prudentia sola ē ppria virtus principis. alie at virtutes sūt cōdes subditorū et p̄ncipū. Subditū at nō ē virt⁹ prudētia s̄i opinio vera. P̄ In p. politi. dī q̄ seruus oīo nō hab̄ gd̄ cōfiliatiū. s̄i prudētia facit bñ cōfiliatiōs: ut dī i 6⁹ ethicoz. q̄ prudētia non cōperit finis seu subditis. (P̄) Prudētia est p̄ceptua: m̄ s̄ dictū ē. s̄i p̄cipie nō pertinet ad finos uel subditos s̄i solū ad p̄cipes. q̄ prudētia non ē i subditis s̄i solū i principib⁹. (S̄i) ē. qd̄ p̄hs dic̄ i 6⁹ ethicoz. q̄ prudētia politice sūt due sp̄es. vna q̄ eleguz positiva q̄ ptinet ad p̄cipes. alia q̄ retinet cōe nomen politice: que est circa singulāria. huiusmōi at singulāria peragere pertinet etiā ad subditos. q̄ prudētia nō ē solū principū s̄i et subditoz. (R̄) dō q̄ prudētia in ratione est. regere at et gubernare proprie rōnis ē. et iō vnuſq; i cōp̄tū participat de regumine et gubernatiōe i tātū cōuenit sibi h̄rē rōne et prudētia. manifestū ē at q̄ subditoz in cōp̄tū ē subditus. et s̄i ui i cōp̄tū est seruus: nō ē regere et gubernare: s̄i magis regi et gubernari. et iō prudentia nō ē virtus fini i cōp̄tū ē seruus: nec subditoz i cōp̄tū ē subditoz. s̄i q̄ glibet bō i cōp̄tū ē rōnalis p̄cipiat aligd̄ d̄ regimine fin arbitriū rōnis: itā tum cōuenit ei prudētia h̄rē. vñ manifestuz est q̄ prudētia gd̄ l p̄ncipē ad modū l artis architeconice: ut dī i 6⁹ ethicoz. i subditis aut ad modū artis manu opantis. Ad p̄mū ḡ dō q̄ verbum p̄hi est intelligentiū p̄ se loquēdo: q̄. s. prudentia nō ē vñ subditoz i cōp̄tū huiusmōi. Ad secundū dō q̄ seruus n̄ b̄ qd̄ cōfiliatiū in cōp̄tū ē seruus. sic. n. est instrumentū dñi. ē tñ cōfiliatiū in cōp̄tū ē aīal rōnale. Ad tertium dō q̄ p̄ prudētia bō n̄ solū p̄cipit aliis s̄i etiā sibi ipsi prout. s. rō dī p̄cipere iſerioz viribus.

Ad tertium decimum

sic procedit. Vide q̄ prudētia possit esse i p̄ctōrib⁹. dī. n. dñs Lūcl. 16⁹. S̄i huius seculi p̄ctōres filii lucis in genātiōe sua sūt. s̄i filii huius seculi sūt p̄ctōres. q̄ in p̄ctōrib⁹ p̄t eē prudētia. (P̄) Fides ē nobilior q̄ tū q̄ p̄ctōrib⁹. s̄i fides p̄t eē i p̄ctōrib⁹. q̄ et p̄ctōrib⁹. (P̄) P̄ctōrib⁹ op̄ maxie dici mus bñ cōfiliari: ut dī i 6⁹ ethicoz. s̄i multi p̄ctōres sūt boni cōfili. q̄ multi p̄ctōres h̄nt prudētia. (S̄i) ē qd̄ p̄hs dic̄ i 6⁹ ethicoz. Impossibile ē prudētē eē nō entē bonū s̄i null⁹ p̄ctōr ē bon⁹. q̄ null⁹ p̄ctōr ē prudētē. (R̄) dicendū q̄ prudētia dī tripliciter. Est .n. qdā prudētia falsa uel q̄ filiatiū dicta. Cū. n. prudētia sit q̄ bñ disponit ea q̄ sūt: agenda pp̄t aliquē bonū finē. ille q̄ pp̄t maluz finē aliq̄ disponit cōgruētia illi fini b̄z falsaz prudētia in cōp̄tū illud qd̄ accipit p̄ fine nō ē vere bonū: s̄i bñ filiatiū: sic dī aligz bon⁹ latro. B. n. mō p̄t sc̄bz filiatiūnem dici p̄dens latro q̄ couenientes vias adiuuent ad latrocinandū. et huiusmodi ē prudētia de q̄ aplūs dī ad Rō. S. Prudētia carnis mori ē q̄. s. finē vñtimū cōstituit i delectatione carnis. Hecūda autē prudētia ē qdē vera: q̄ ad intenit vias accomodas ad finē vere bonū s̄i ē iperfecta dupli cōp̄tū. Uno⁹ q̄ illuā bonū qd̄ accipit p̄ fine nō ē cōis finis toti⁹ bu mane vite: s̄i alicui⁹ sp̄alis negoti⁹: puta cum aligz adiuuent vias accomodas ad negocia cōp̄tū uel ad nauigandū dī prudētia negocia tor uel nauita. Aliomō q̄ deficit i p̄ncipali actu prudētia: puta cū aligz recte consiliaf et bñ iudicat ēt de his q̄ ptinet ad totā vitam: s̄i nō efficacē p̄cipit. Tertia at prudētia ē et vera et p̄fecta q̄ ad bonū finē toti⁹ vite recte cōfiliat iudicat et p̄cipit. et s̄i sola dic̄ p̄dētia simplicē q̄ i p̄ctōrib⁹ eē nō p̄t. p̄ma autē prudētia ē i solis p̄ctōrib⁹. prudētia at ipsesta ē cōis bonis et malis: maxie illa que ē im perfecta ppter finē p̄ticularē. nā illa q̄ ē im perfecta pp̄t defectū p̄ncipalis act⁹ etiā nō ē nisi. i malis. (Ad p̄mū ḡ dō q̄ illud bñ dñi intelligit de p̄ia prudētia. vnde non vici tur simplicē q̄ fint prudentes. s̄i i gnātione sua. (Ad sc̄dm dō q̄ fides i sui rōne nō importat aliquā formitatem ad appetitū recto rō opū. sed rō fidei cōsistit i sola cognitio ne. sed prudētia importat ordinē ad appetitū

rectū: tū qz p̄cipia prudentie sūt fīnes opa
biliū de qbus aliq̄s h̄z rectā estimatōe p̄ h̄
tus virtutū moralit̄ q̄ faciūt appetitū rectū
vnde prudentia nō p̄t eē fine virtutib⁹ m̄ o
ralibus: ut s̄ ostensū ē: tū ēt qz prudētia ē p̄
ceptiua rectop̄ opum: q̄d nō cōtingit nisi exi
stente appetitū recto. vnde fides h̄z fit nobili
or q̄z prudentia. pp̄t obm̄: tñ prudentia h̄z sui
rōne magi r̄pugnat p̄ctō qd̄ pcedit ex puer
itate appetitus. Ad tertiuū dō q̄ peccato
res p̄t q̄d eē bñ cōfiliatiū ad aliquē finem
malū uel ad aliquō particulae bonū. ad finē
at bonū toti⁹ vite nō sūt bñ cōfiliatiū pfecte
qz cōfiliū ad effectū nō pducūt. vñ nō ē i eis
prudētia q̄ se h̄z solū ad bonū. h̄z sicut p̄hs dīc
i 6° ethicop̄ est i talib⁹ demotica. i. naturalis
idustria q̄ se h̄z ad bonū et ad malū: uel astu
tia q̄ se h̄z solū ad malū quā s̄ diximus fallā
prudētia: uel prudētia carnis.

Ad quartūdecimū

sic pcedit. Videf q̄ prudētia nō sit in oībus
h̄ntib⁹ grām. Ad prudētiā. n. regritū idu
stria quedā q̄ quā sciāt bñ puidet q̄ agenda
sūt. h̄z multi bñtes grām carēt tali idustria.
ḡ nō oēs bñtes grām h̄nt prudētiaz. (P.
Prudēs dīc q̄ ē bñ cōfiliatiū ut dictū ē. sed
multi h̄nt graz q̄ nō sūt bene cōfiliatiū: h̄z ne
cessē h̄nt regi cōfilio alieno. ḡ nō oēs bñtes
ḡtia h̄nt prudētia. P. Pl̄us dīc i 3° topi
corū: q̄ iuuenes nō cōstat eē prudētes. sed
multi iuuenes h̄nt grām. ḡ prudētia non iue
nitū i oībus grām h̄ntib⁹. H̄z ē q̄ null⁹
h̄z grām nīs̄ sit v̄tuosus. h̄z nullus p̄t eē v̄tu
osus nīs̄ bēat prudētiā. dicit. n. Greg⁹ i 2°
moral. q̄ cetere virtutes nīs̄ ea q̄ appetiunt
prudēt agāt v̄tutes esse nequaq̄z p̄t. ḡ oēs
bñtes grām h̄nt prudētiā. (R° dicenduz
q̄ necessē ē v̄tutes eē m̄eras: ita ut q̄ vñaz
h̄z oēs bēat sicut s̄ ostensū ē. quicūq̄z autem
h̄z grām h̄z caritatz. vnde necessē ē q̄ bēat
oēs alias v̄tutes. et ita cū prudētia sit v̄tus
ut ostensū ē. necessē est q̄ bēat prudētiā.
(Ad primū ḡ dicendū q̄ duplex ē idustria
vna quidē q̄ ē sufficiens ad ea q̄ sūt de necel
sitate salutis. et talis idustria das oīb⁹ h̄ntib⁹
grām: q̄s vñctio docet de oīb⁹: ut dīc. i. Job.
2. Est at alia idustria plenior: p̄ quā aliq̄s si
bi et aliys p̄t. puidere nō solū de his que s̄
necessaria ad salutē. h̄z ēt de quibusq̄z p̄t
nentib⁹ ad huānā uitā. et talis idustria nō ē i

oībus h̄ntib⁹ grām: (Ad secundū dicēdū
q̄ illi q̄ indigent regi cōfilio alieno: saltez i h̄
sibi ipsiō cōsulere sciūt si grām h̄nt: ut alioū
regrant cōfilia. et discernant cōfilia bona a ma
lis. Ad tertiuū dō q̄ prudētia acq̄sita causa
tur ex exercitio actuu. vñ idiget ad sui genā
tionē exp̄mēto et tpe ut dīc i 2° ethicop̄. vñ
nō p̄t eē i iuuenib⁹ nec fm̄ habitū nec fm̄
actu. h̄z prudētia gratuita cātūr ex ifusioē di
uina. vñ i pueri baptizatis nōdū h̄ntib⁹ vñz
rōnis ē prudētia fm̄ habitū h̄z nō fm̄ actu.
sicut et i amētib⁹. i his at q̄ iā h̄nt vñz ratiōis
ē etiā fm̄ actu q̄tū ad ea que sūt de necessi
tate salutis. h̄z p̄ exercitiū meref augmentuz
q̄s q̄ perficiatur: sicut et cetera virtutes. vñ
et aplūs dīc ad Heb. 5° q̄ p̄fectorū ē solidus
cib⁹ eoz q̄ p̄ consuetudine exercitatos h̄nt
sensus ad discretionē boni et mali.

Ad quintūdecimū

sic procedit. Videf q̄ prudētia insit nob̄ a
nā. Diē. n. p̄hs i 6° ethicop̄. q̄ ea que p̄tinent
ad prudētiā nālia vidēt ee. s. synesis gnomi
et būiūs modi. nō aut̄ ea que pertinent ad la
piētā speculatiū. h̄z eoz que sūt vñi⁹ gene
ris eadē ē originis rō. Etia prudētia inest
nob̄ a nā. (P. Etatū variatio ē fm̄ nām. sed
prudētia s̄leḡt etates: fm̄ illud Job. 12. In
antiquis ē sapiētia et i multo tpe prudētia.
ḡ prudētia est nālis. (P. Prudētia magis
conuenit nature huāne q̄s nāe brutorū aia
liū. h̄z bruta aialia h̄nt quasdā nāles pruden
tias: ut p̄z q̄ phm̄ in 8° de historijs aialius. ḡ
prudētia ē nālis. (H̄z ē qd̄ p̄hs dīc i 2°
ethicop̄. q̄ v̄tus itellectualis plurimū ex do
ctrina h̄z et generationē et augmentū. iō exp̄
mēto idiget et tpe. h̄z prudētia ē v̄tus itelec
tualis ut s̄ habitū ē. ḡ prudētia nō iest nob̄
a nā h̄z ex doctrina et exp̄mēto. (P. dicen
dum q̄ sicut ex p̄missis p̄z: prudētia icludit
cognitionē et v̄lūm et singulariū opabilitū
ad que prudēs v̄lia p̄cipia applicat. H̄z
ḡ ad v̄lēm cognitionē eadē rō ē de prudētia
et scia speculatiū: qz v̄tiusq̄z p̄zia p̄cipia
v̄lia sunt nālis nota: ut ex s̄ dictis p̄z: nīs̄ q̄
p̄cipia cōia prudētiae sūt magis nālia hōi
Vt. n. p̄hs dīc i 1° ethicop̄: vita q̄ ē fm̄ spe
culationē ē melior: q̄z q̄ ē fm̄ hoiez. h̄z alia p̄
cipia v̄lia posteriora sūt sint rōis speculati
ue sūt practice nō babētūr p̄nām. h̄z p̄ inue
tione fm̄ v̄lia exp̄mēti ul̄ p̄ disciplinā. Quātū

at ad particularē cognitionē eoz circa q̄ opa-
tio cōsistit ē iterū distinguendū: q̄ opatio cō-
sistit circa aliqd uel sicut circa finē: uel sicut
circa ea q̄ sūt ad finē fines at recti hūane vi-
te sūt determinati. et iō pōt eē nālis inclinatio
respectu horū finiū sicut s̄ dictū ē q̄ quida
hūt ex nāli dispositione q̄sdā v̄tutes quibus
iclinant ad rectos fines. et p̄n̄s etiā hūt na-
turalē rectū iudiciū de huiusmodi finib⁹. s̄
ea q̄ sūt ad finē ireb⁹ hūanis nō sūt determina-
ta s̄ multiplicitē diuersificatur fini diuersita-
tem psonar⁹ et negocior⁹. vnde quia iclinatō
nature sp̄ ē ad aliqd determinatu. talis cogni-
tio nō pōt hōi iesse nālis: licet ex nāli dispo-
sitione vnu sit aptior ad huiusmodi discer-
nenda q̄ alius sicut etiā accidit circa oclusi-
ones speculatiuarū scīari: q̄ prudētia nō
ē circa fines s̄ circa ea q̄ sūt ad finē ut s̄ ba-
bitū ē. iō prudētia nō ē nālis. Ad primuz ḡ
dō q̄ p̄hs ibi loḡ de p̄tinētib⁹ ad prudētia
fini q̄ ordinat ad fines. vnde s̄ p̄misserat q̄
principia sūt ei⁹ q̄d ē ei⁹ gra. i. finis. et pp̄t h̄n̄
facit inter ea mentione de eubolia q̄ ē oclisia
tua eoz q̄ sūt ad finē. Ad secundum dicē
dūm q̄ prudētia magis ē i senibus nō solū
pter nāle dispositionē q̄tatis motib⁹ pas-
sionū sensibilium. s̄ ē p̄t experientiā lōgi tem-
poris. Ad tertiu dō q̄ ē i brutis aialib⁹
sunt determinate vie p̄ueniendi ad finē. vñ vide-
mus q̄ oia aialia eiusdē sp̄cī similit̄ opāf. s̄
h̄ nō pōt eē i hoie p̄p rōne ei⁹: q̄ cū sit cogīci-
tina v̄lūm ad infinita singularia se extēdit.

Ad sextum decimum

sic pcedif. Vides q̄ prudētia possit amitti
p̄ obliuione. Scientia. n. cū sit necessarioz
est certior: q̄ prudētia q̄ ē contingētū opa-
biliū. s̄ scīa amittit p̄ obliuione. ḡ mltō ma-
gis prudētia. Sc̄ur p̄hs dīc i 2° ethicoz
virtus ex eisdez generalē et corūpīt ūrio mō-
factis. s̄ ad generationē prudētiae necessāri-
um ē expimētū q̄d fit ex multis memorib⁹:
ut dō in p̄cipio metaph. ḡ cum obliuio me-
mozie opponat. vñ q̄ prudētia p̄ obliuione
possit amitti. Prudētia n̄ ē sine cogniti-
one vniuersaliū. s̄ v̄lūm cognitio pōt p̄ obli-
uione amitti. q̄ et prudētia. Sed h̄ ē quod
p̄hs dīc i 6° ethicoz: q̄ obliuio ē artis et nō
prudētiae. R̄o dicēdū q̄ obliuio respicit co-
gnitionē tñ. et iō p̄ obliuione potest aliquis
artē totaliē pdere et filiū scīam q̄ in rōne con-

sistit. s̄ prudentia nō cōsistit ī sola cognitōe
sed ēt in appetitu: q̄ ut dictū ē principalis
eius actus ē p̄cipere: q̄d est applicare cogni-
tionē habitā ad appetendū et opandū. et iō
prudentia nō directe tollitur p̄ obliuione. s̄
magis corūpīt p̄ passiones: dīc. n. phus i 6°
ethicoz q̄ electabile et triste p̄uerit estiātō
nē prudentie. vñ Daniel. i 2° dicif. Species d̄
cepit te et cōcupiscentia subuertit cor tuū. et
Exo. 23° dīc. Ne accipias munera q̄ exceant
etiā prudētes. obliuio tñ pōt ipedire prudē-
tiā inq̄tū p̄cedit ad p̄cipiēdū ex aliq̄ cogni-
tione q̄ obliuione tolli pōt. Ad primuz ḡ
vñ q̄ scientia ē in sola rōne. vñ de ea ē alia
rō ut s̄ dictum est. Ad secunduz dō q̄ ex-
perimentū prudētiae n̄ acgrif ex sola memo-
ria s̄ ex exercitio recte p̄cipiēndi. Ad ter-
tium dō q̄ prudētia principaliter cōsistit nō
ī cognitione vniuersaliū. s̄ ī applicatiōe ad
opa ut dictū ē. et iō obliuio v̄līs cognitōis n̄
corūpīt id q̄d ē principale ī prudentia. s̄ alt-
o dō ipedimetū ei affert ut dictū ē.

Einde s̄ide

randū ē de partibus pruden-
tie. Et circa h̄ q̄runk q̄tuor
p̄ q̄sūt p̄tes prudētiae. 2°
dō p̄tib⁹ q̄sī integralibus eius.

3° de p̄tib⁹ subiectiūs eius. 4° dō partib⁹
potentialibus.

Ad primuz sic proce

vñ. Vides q̄ sc̄enē assigñeē tres p̄tes
prudētiae. Lulli. n. i 2° rethorice ponit tres
p̄tes prudētiae. s. memoriaz: intelligentiam et
prudētiā. Macrobi⁹ aut̄ b̄z scīaz: platoōis
attribuit prudētiae sex. l. rōne: intellectum
circumspectionē: prudētiā: docilitatē: et cau-
tione. Aut̄ i 6° ethicoz. dīc ad prudētiaz
pertinere eubolia: synesim: gnomin. facit ēt
mentionē circa prudētiā de eustochia et so-
lertia: sensu et intellectu. qdā āt aliū p̄hs gre-
cis dicit q̄ ad prudētiā decē p̄tinēt. s. enbo-
lia: solertia: prouidentia: regnatua: militar
politica: yconomica: dialetica: rethorica: phy-
sica. ḡ videt q̄ uel vna assignatō sit supflua
ul̄ alia diminuta. Prudētia. diuidit 3
scīam. s̄ politica yconomica dialetica retho-
rica physica sūt quedā scīam. si ḡ sūt p̄tes pru-
dētiae. Partes nō excedūt totū. s̄ me-
moria intellectua ul̄ intelligentia. rō: sensus et